

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 69–69v

Odczyt: Maciej Mikuła

Conclusio

Conclusio libri istius.

Iste^a liber finitus est et de Theutunico translatus in Latinum per Conradum scriptorem ac notarium eondam Sandomiriensem ac civem dicte civitatis, ad petitionem viri famosi, domini Nicolai dicti de Paczonow, civis supradicte civitatis, qui fuit causa movens, in cuius nomine est inchoatus. In eiusdem viro nomine finitus.

Idem vir Conradus supliciter exortatur diligenter quemlibet lectorem petens, ut cum in hoc libro ipsum contigerit legere, quidquam ibi displi[|]cencie fuerit, ut hoc sue non imputet iridicari^b. Cum tamen per imperatores ac cesares idem liber sit constitutus, licet compendiose, ut Constantinum, Iustinianum ac Karolum confirmatus. Ac eorum petitionibus per sanctos patres Apostolicos sanctitus, ac sub anathemathe prohibitur, ne quis augmentando eundem librum vel minuendo in aliqua sua distinctione vel diffinitione transponere, aut transmutare aliquantum presumat debet, ipsum in suo vigore inviolabiliter permittat permanere. Cum etiam per falsam gramaticam mortale peccatum non comittatur, si minus rethorice aliquid in eodem oppusculo repertum fuerit, hoc peto non minium [s] ponderari, nec michi propter hoc improperari.

Nota de latitudine ac longitudine mansi Franconici. Ulnis ver[o] bisseptem fac virgam, iungito pugnum, bisenis latus ex his fiat tibi mansus, [k. 69v] bis centum longus ac virgis septuaginta. Franconicos [s] mansus perfectus sit tibi sensus.

Amen. Laudo Deum quia finem habeo.

Iste^c liber est finitus per Martinum Zabowszkÿ de Lwowek in vigilia Sancte Crucis [13 IX] Anno Domini millesimo quingentesimo tredecimo. Cantor.

^a miejsce na ozdobny inicjał; ^b odczyt niepewny; ^c w rkp. Isste

[hasła: Konrad z Sandomierza, Mikołaj z Cieszyna, Mikołaj z Pacanowa, Marcin Zabowski, pisarz, Konstantyn Wielki, Justynian Wielki, Karol Wielki, apostoł, łan frankoński]